

III.  
NEOVIDENSIS

Nro. 8. (Neovidensis 1808. Nro. 5.)

---

*Ex Campis Elysiis*

*Sermo Politicus.*

*De iis, qui miseris conflantur.*

---

Elysium Meum. - Die Veneris. 29. Jan. 1808 (Neov. 12. Jan. 1808.)

---

S e n t e n t i a .

Ubi maximae angustiae, ibi Deus proximus adest.  
Philosophia experimentalis atavorum.

**E**rgo tam dura est necessitas, quae ex boreali Germania proponitur? — Verum est: bellum quidem est poena Dei, cum primis sinistro exitu gestum, at veri nominis ærumnæ non ex solo bello repetuntur, sed ab consecrariis ex eo promanantibus.

Confecta pace Chronopolitana omnis communicatio cum continente Europeo, & Insula Angliæ interdicta, nullæ coloniales merces ex Anglia ad nos deferri possunt; hic proprie cubat calamitas — Nos Europæi mercibus his asvescimus, easque ita loquendo necessarium ad nostri sustentationem requisitum saltim a jentaculo ad prandium usque — effecimus — e plurimis saltim *fabam arabicam* in medium adferre placet; in sacro olim Imperio Romano Germanico ad minimum octo & viginti hominum milliones habitabant, ex his

Rumor fert: Majestatem Regiam iter Amstelodamum suscepturam.

Amstelodami priore Anno 9089 homines obierunt, Anno 1806 solum 7462 mortui censebantur, proin sæva mortis falsæ 1627 hominibus plures demersit.

*Politicae Episodæ.*

Monitor de 4 hujus memorat: hestereo utpote 3. Jan. solemnem apud Imperatorem Regemque Napoleonem ingressum fuisse; occasione cujus plures illustres personæ ei præsentabantur Cæsareo Regis Austriacus legatus Comes a *Metternich* præsentabat C. a *Pálffy*, Principem a *Schönburg*, Baronem a *Scheiber*, et C. a *Wratislaw*, quorum tres postremi in stipendiis Cæsareo Regiæ Austriacæ Majestatis.

In venatu impulsorio die 28. Dec. in sylva inter Wisbadenam et Idsteinem insolite molis lupus 7 pedes longus, quinos alatus unioa glande plumbea exanimatus est.

---

*Ad BB. Lectores*

P. Basili Alexiovics sermones Sacri, festivales et Dominicales, jam ex integro parati sunt, V. Tomis 8. maj. possuntque haberi Posonii in hac Typographia, Pestini apud Eggenberger, et K'ss Bibliopolas, ab 8 fl. quivis Tomus separatim a 2 fl.

---

III.  
NEOVIDENSIS

Nro. 8. (Neovidensis 1808. Nro. 5.)

*Ex Campis Elysiis*

*Sermo Politicus.*

*De iis, qui miseris conflictantur.*

Elysium Meum. - Die Veneris. 29. Jan. 1808 (Neov. 12. Jan. 1808.)

S e n t e n t i a.

Ubi maximae angustiae, ibi Deus proximus adest.  
Philosophia experimentalis atavorum.

**E**rgo tam dura est necessitas, quae ex boreali Germania proponitur? — Verum est: bellum quidem est poena Dei, cum primis sinistro exitu gestum, at veri nominis ærumnæ non ex solo bello repetuntur, sed ab consecrariis ex eo promanantibus.

Confecta pace Chronopolitana omnis communicatio cum continente Europeo, & Insula Angliæ interdicta, nullæ coloniales merces ex Anglia ad nos deferri possunt; hic proprie cubat calamitas — Nos Europæi mercibus his asvescimus, easque ita loquendo necessarium ad nostri sustentationem requisitum saltim a jentaculo ad prandium usque — effecimus — e plurimis saltim *fabam arabicam* in medium adferre placet; in sacro olim Imperio Romano Germanico ad minimum octo & viginti hominum milliones habitabant, ex his

minimum est, quod in calculum sumi potest; 14 milliones dulcis oris arabico potu pascebantur; quod si singuli jentantium unum saltem Crucigerum pro potu arabico erogasse adstruatur, tum quotidie 233,333 Floreni ex dulci patria nostra in Angliam, Hollandiam, & Galliam, proinde quotannis plus 84 mill. expediebantur! Eorum coloniales merces concursum adhuc sustinebant, & pretio levi vanebant.

Verum de præsentis Anglia universalem & communem marium dominatum amplexa, ab ejus solum monopolio quævis hæc merces petendæ sunt; huic uni & soli pecuniæ nostræ, raræ alioquin, pendendæ — aliquid modicum & quantitatè exiguum, de vino & frugibus, non absimiliter Elemosinæ invicem a nobis consequitur. Ante revolutionem Batavi, honestum genus hominum, has nobis merces suppeditarunt, & hi ex nostris productis tantundem acceperunt, ut hoc genus commercii pro permutativo commercio considerari potuerit; at Anglia nobis est charybdis — in quam paratum æs nostrum, & quidem prænumerando, conjicimus, quodque pro nobis æternum perit. —

Mihi saltem fabæ arabicæ meminisse voluntas fuit, quæ unum solum articulum efficiunt; at quanta exurgeret, obsecro, pecuniarum summâ, si quasque colorum & specierum merces, atque fabricatorum Anglicanorum enumerandi animus otiumque foret? Superi! profecto res mira: auream argente-

amque monetam in patria nostra adhuc reperiri.

Ipsa hæc faba arabica, cujus pretium quotidie ingravescit, cui ceu quotidiano pani asvevimus, calamitatem duriolem intensioremque reddit. Majores nostri quidem in Philosophia sua hænc consolationem reliquerunt: Ubi maximæ angustiae, ibi Deus proximus adstat — at divina bonitas, fabam arabicam nequaquam instar Manna nostris in pascuis producit; est ea exotica, lepida, & nostro climati nequiquam congrua, nostro germanico corpori inconueniens alimenti species.

Profectio ejus moderatio sapiens, & æterna est, fortassis de nobis periculum facere, fortassis nos ab nutrimento, cui asuevimus, quod nobis nihil prodest, quodque tam physicae quam œconomicae existentiae nostrae noxium est, ad producta patria reducere, fortassis veterem illam majorem educationem roboris virumque plenam, per subtractionem hujus potus, ut per usum productorum nostrorum restituere dignatur, fortassis ab Anglicana Autocratia marium liberare vult. O præclaram ejus providentiam! *ubi maximæ angustiae, ibi Deus proximus!* —

Quid dein Angli cum aggestis fabarum arabicarum cumulis acturi? eis in eorum regno magna accisa imposita est, nec domi eam torrere licet, sed tostas a regimine emere debent; quod si domi gratuito dent, publicis præstationibus jactura inferitur, quod esse nequit, quoniam magna est necessitatum ero-

Ille commercii dominus est, qui plurimos consumeres censet, & Gallia, in pleno usu suæ independentiæ, primæ hujus conditionis cujusvis ineundæ pacis, suas commerciales Tabellas deinceps ea ratione adornatura est, ut ii, qui merces in ejus portibus illaturi sunt, adigendi sint, producta domestica terræ atque industriæ nostræ pro reveditione acceptare; quod si salutare id genus agendi rationes olim initæ non sunt, id solum auctoritati secreti conclavis Londinensis in Versaliensem attribuendum est, hujus debilitas ad primam belli declarationem metui cessit.

An Galliæ integrum erat Legem Navigationis edere? dum adacta fuit Dunquercam, portum incomparabilem, demoliri, aut collum legi, propudiosa commercii inæqualitate niæ, subicere; aut potuit ne in his adjunctis systema teloniale suum ad eum ordinem redigere, qui ei securitatem quorumvis emolumentorum, ex opportunitate, qua gaudet, situs promanantium adferre possit? nobis de præsentibus in Gallia pro triennio penus fabarum arabicarum, & Zachari præsto est, quod si etiam colonialibus mercibus destitueremur, nihilominus in præsentibus adjunctis uberem compensationem haberemus; si industria aliam directionem sumeret, laborationi ejusmodi mercium sese impenderet, quorum crudum materiale continens producit; tum magnæ Anglis gratiæ referendæ forent: quod de propria utilitate nos edocuerit; quod nos erudierit consumptionem productorum nationalium

gationumque publicarum vis; quid igitur cum  
iis facturi sunt?

Paginae officiosae gallicanae de 5. Jan.  
continent Articulum in hoc argumento cum-  
primis memorabilem; en ejus summam!

„Quatuor lineales naves, totidemque me-  
diae molis, quas exercitus gallicus Lisabonae  
reperit, instruuntur necessario adparatu; Do-  
mus Bragantina Portugalliae jacturam fecit;  
magno id cedit emolumento Galliae; Anglis  
praestantissimos portus Ulyssiponensem & O-  
portensem eripuisse; nova quippe continentis  
pars Anglicano nexu eximitur — quod si in-  
dependentia Statuum foederatorum Galliae uti-  
lis fuit, aequae ampla emolumenta ea habet ex  
translata sede Domus Bragantinae in aliam  
partem novae continentis, ratio cum aula Bra-  
siliensi cum Portugallia, nexus commercia-  
les, ad quos cum Europa ineundos se ad-  
strictam experietur, Galliae, ejusque foedera-  
tis lucrum adferent, — — Angli omnia ad  
computum exigentes cum dolore vident: no-  
va adjuncta rerum, quae iis foederatum vete-  
rem, cujus ditiones adeo eximie iis lucrosae,  
adimunt; & nova haec eversio ultimi foede-  
rati Angliae concordiae sententiae ineptae, im-  
providaeque politicae agendi rationi hodierni  
regiminis tribuitur. Haec politica jam non  
minus perniciosis decretis se manifestavit.  
Hoc loco adducuntur animadversiones in ar-  
gumento Anglicani Systematis obsidionalis,  
expeditionis Hafnensis, & relatio Angliae cum  
republica Americana; quibus haec subjiciuntur:

Ille commercii dominus est, qui plurimos consumentes censet, & Gallia, in pleno usu suæ independentiæ, primæ hujus conditionis cujusvis ineundæ pacis, suas commerciales Tabellas deinceps ea ratione adornatura est, ut ii, qui merces in eju portibus illaturi sunt, adigendi sint, productis domestica terræ atque industriæ nostræ pro reveditione acceptare; quod si salutare id genus agendi rationes olim initæ non sunt, id solum auctoritati secreti conclavis Londinensis in Versaliensem attribuendum est, hujus debilitas ad primam belli declarationem metui cessit.

An Galliæ integrum erat Legem Navigationis edere? dum adacta fuit Dunquercam, portum incomparabilem, demoliri, aut collum legi, propudiosa commercii inæqualitate niæ, subjicere; aut potuit ne in his adjunctis systema teloniale suum ad eum ordinem redigere, qui ei securitatem quorumvis emolumentorum, ex opportunitate, qua gaudet, situs promanantium adferre possit? nobis de præsentī in Gallia pro triennio penus fabarum arabicarum, & Zachari præsto est, quod si etiam colonialibus mercibus destitueremur, nihilominus in præsentibus adjunctis uberem compensationem haberemus; si industria aliam directionem sumeret, laborationi ejusmodi mercium sese impenderet, quorum crudum materiale continens producit; tum magnæ Angliæ gratiæ referendæ forent: quod de propria utilitate nos edocuerit; quod nos erudierit consumptionem productorum nationalium

præferendam, sericum, lanam, canabem, hæc  
 telluri nostris que necessitatibus sufficiens  
 cruda materialia in usum convertenda esse.  
 Ejusmodi revolutio in nostris consuetudinibus  
 pro Anglia crisis foret, quam ea diu sentiret,  
 at pro continente felicissimos adferret effectus,  
 Europa semper sibi constabit, etiamsi coloni  
 & rusticæ feminæ minorem gossipii quantita-  
 tem adhibuerint, & laneis lineisque pannis  
 se vestierint, si commercium terrestre omnium  
 nationum continuari, maritimum penitus ad-  
 incitas redigi deberet. At at, Anglia non am-  
 plius sibi constituta est, Anglia esse desinet,  
 ut primum coloniales ejus merces, producta  
 ejus fabricarum, & immensi ejus commercii  
 ad nihilum redacta fuerint; ut proin dici pos-  
 sit: per Angliæ novissimas agendi rationes,  
 quin per eas continenti essentielle damnum il-  
 latum sit, damna essentialia Angliæ illata es-  
 se, censi debere; quæri etiam jure merito  
 potest: quis genius Angliam occupet? profe-  
 cto non divi Chatami, verum genius & cæci  
 illius affectus, qui furor exagitatus bonum a  
 malo nequit discernere amplius; at speremus  
 etiam: mentem sanam, ordinis, rectæ rationis,  
 prudentiæ, quæ Angliæ commercium tanto pe-  
 re amplificavit, tandem ex veterno, quo la-  
 borat, resuscitandam, spe teneamur: saltim  
 vim, etiamsi nulla ad saniora redeundi ratio  
 locum haberet, vim inquam & potentiam  
 huic abominandæ rapiæ finem impositu-  
 ram esse, quodsi dimicatio multis adhuc an-  
 nis indecisa relinqueretur, tum malum pro An-

glia ex eo redundans minimum in eo consisteret: quod Europam a mercibus desvesciat, & omnes nationes in eo coaluisse visuram: consumptionem eorum articulorum favore prosequendam esse, quorum primum materiale non ab arbitrio, & libidine insani regiminis, atque ab Decretis conclavis Londinensis dependet. Posterius, ubi omnia quæ per semestre in Anglia acta gesta que sunt, intellexerint, percontabuntur: an regio hæc per hostes Galliarum, aut potius iis ferventissimos amicos recta fuerit?

Imperator sane Napoleon, meditans super argumento Galliis faventissimo, nihil votis, studiisque conformius invenire, aut excogitare potuisset, quam expeditionem Hafnensem, atque quodvis neutrale commercium evertentem agendi rationem.

#### G a l l i a.

*Monitor de 7. h. m. texit responsum Regis Angliæ ad declarationem Russicam cum numerosis animadversionibus; nos, hoc publicum documentum primum in sua integritate in medium allaturi, mox gallicas adnotationes subnexuri sumus; videlicet:*

„Authenticus tenor Regii responsi die 19 Dec. Londini per aulicas ephemerides promulgati (ex Monitore).

„Declaratio Suxæ Majestatis Imperatoris omnium Russorum Petropoli publicata, Suxæ Majestati non minori admirationi, quam dolori cessit; Suam Maj. argumentum secretarum obligationum, ad quas in undas occasione

Tractationum Chronopoli Russia se adactam vidit, non latebat, attamen spe tenebatur: Suam Cæsaream Maj. si novo intuitu Tractationes infelicium harum negotiationum contemplari, atque sequelas, quas pro gloria Imperii Russici ejusque emolumento habere debent, debite expendere dignata fuerit, novis consiliis, atque nexibus, quibus in articulo sullicitudinis, & consternationis deferendum existimabat, denuo subducturam, atque principia amplexuram, quæ iis, quæ a deo constanter profitebatur, propius connexa, atque magis comparata essent, ad honorem coronæ suæ & salutem ditionum suarum securam reddendam. Huic spei tribuenda est patiens, et moderata agendi ratio, quam Sua Majestas in quibusvis tractationibus cum aula Petropolitana, ex tempore pacis Chronopolitanæ exhibuit; Suæ Majestati graves rationes suppetebant, suspicionem hauriendi, querendique, at ab omni objectione abstinebat; Sua Majestas necessarium ducebat, declarationes in augmento certarum cum Gallia initarum Conventionum petere; quarum reticentia Suam Majestatem in suspitione super earum indole et argumento jam hausta tantum confirmare potuisset.

*Continuabitur.*

---